



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digressio 31. Sensionem sentientis facultatis actionem esse, at non sine
passione, ad tex. com. 63.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

*Elem-
ta in
mista*

In verbis tandem Philosophi obseruabis illa (inexistente igne, & terra, & aliis elementis) vt intelligas elementa in corporibus mistis inesse actu. Neque enim sensile est, quod virtute est tale, sed quod est actu calidum inquam & frigidum, humidum & siccum. Quod si quis Philosophum respondeat cum Empedocle loqui, qui elementa actu & integra ponebat in mistis; non animaduerit Aristotelem nunc principium ponere ac fundamentum totius tractationis de sensibus, quod sanè firmum, stabile, atque ex sua sententia positum esse oportet.

Digestio XXX. Sensationem sentientis facultatis actionem esse, at non sine passione.

*Organi
actio
propria.*

Sensio materialis est operatio & corporea. Quare præter animæ facultatem necesse est corporis organum ad eam concurrat; vt oculus ad videndum. At fieri potest, vt organum propriam aliquam habeat actionem. Nam & melioratoris fascinat oculus speculum, & fascinatoris fascinat puerum. & illud apud Virgilium. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat Agnos. & Basilisci oculus hominem necat, vt Plinius libro 29. capite 4. & Galenus in libro de Theriaca ad Pisonem testantur. & de Catoplafera apud Fontem Nigrum in Æthiopia referunt idem Plinius lib. 8. capite 21. & Ælianus libro 7. capite 1. & qui oculos lippos aspexerit sapè, eodem corrumpitur morbo; Quemadmodum Aristoteles confirmat in problemate 4. sectionis 7. Quoniam corruptum & pestilentem exhalant spiritum, aut qualitatem, & amor per oculos maximè & immittitur & hauritur; in adolescentibus præsertim. Sanguis enim & spiritus ex eo genitus in adolescentia tenuis, clarus, calidus, dulcis; procedente ætate tenuioribus consumptis partibus crassior euadit & obscurior; calore hebetato, & humore absumpto, frigidior & siccior. Spiritus autem clarus per oculos maximè veluti fenestras vitreas emicat; tenuisque, calidus, & dulcis, tum facile per oculos & emittitur & suscipitur, & arterias omnes inficit; tum verò cor tanquam officinam & sedem propriam petit, suoque aculeo vulnerat.

*Amor
per ocu-
los hauri-
tur.*

*Sensio-
nem esse
actionem.*

Ceterum vniuersum hoc operationis genus non est sentientis facultatis organo suo vrentis, sed organi propria. Neque de hac nobis est sermo; verum de ea, quæ sensilis obiecti perceptionem significat. Hanc porro actionem quandam esse à facultate profectam me quidem iudice negari non potest, si absque susceptione speciei sola presentis obiecti comprehensione fiat. Nam si obiectum nihil agat, nec in facultatem immittat, neque ab illo alio suscipiatur quidquam; quid aliud superest, quam facultatem ipsam sensationis principium esse? Dum tamen hæc actio in eadem facultate suscipitur, sensio dicitur esse quædam passio; quod operatio illius, quæ est obiecti cognitio, adiutam habeat susceptionem.

*Sensio-
nem pas-
sionem
solum
esse.*

Totam hanc rem perobscuram & difficilem species illa reddit, quam ab obiecto plerique contendunt in sensum immitti. Propterea enim Ægydus Romanus & Gaius vterque, Cardinalis inquam & Thiennensis, & Paulus Venetus, & Au-

A gustinus Niphus, sensum voluerunt facultatem esse patiendi duntaxat, non agendi; sensationemque formaliter nil esse aliud, quam passionem, hoc est speciei susceptionem atque vnionem cum facultate sentiente. Suscipitur species & in medio: At non qualibet susceptio est sensio, sed susceptio sola in organo animato, quod sentienti virtute præditum sit. Libet hoc paulo pluribus explicare; quod tum philosophicam subtilitatem habeat, tum non omni fortasse probabilitate careat; si verum sit illud, sensationem speciei susceptione perfici. Duobus namque modis potest forma quæpiam in aliquo suscipi, Aut abque

B illo suscipientis concursu; vt aqua in vase, forme artium in materia; & de violentis extat illud in 3. libro de moribus ad Nicomachum cap. 1. Violentum est id, cuius principium est extra, nec quidquam confert illud, quod patitur. Aut cum aliquo concursu, quo procuretur vnio illius, quod suscipitur, cum eo, quod suscipit: quemadmodum materiam dicimus patiente suo concursu & educationem & vnionem naturalis forme cum seipsa iuuare. Species igitur sensilis, quæ & in medio & organo suscipitur, aut consideratur quoad esse reale, quod qualitas quæpiam est; aut quoad propriam formalem rationem, qua vim habet representandi, ad obiecti cognitionem & sensationem instituta, facultati que vnio potest immateriali quodam modo rem cognitam in cognoscentem transferre. Si priori modo consideretur, non in sentiente modo facultate & eius organo, sed in medio quoque suscipitur; & quidem cum patiente concursu, tum organi, tum medijs, dum ex illorum materiaz potestate educitur. Verum ita nulla est sensio. Quoniam non est susceptio speciei vt vim habet representandi & concurrendi ad sensationem. Si autem posteriori hoc modo spectetur, etsi dum & in medio & organo suscipitur, vim habeat representandi, quæ

D tota & vbique eiusdem est rationis: in medio & organo suscipitur, vim habeat representandi, quæ cognoscendi virtute, qua ad speciem vt representantem & cognitionis principium suscipendam accedat. At in organo & facultate eam cognitrix vis adsit, cum organi concursu suscipitur, & quodam quasi conatu ad facultatis suscipientis vnionem cum specie suscepta tanquam cognoscentis & forme, quæ cognitionis principium est. In hac susceptione formalis passio est sensationis natura seu vitalis quedam & animalis passio per speciei susceptionem sentienti que facultatis concursu.

E Reuocetur in memoriam vnio naturalis forme cum materia. In hac concurret quidem materia patiendi sua potestate: At ea non est solatio, ex qua sequatur esse naturale certe speciei rationis rei. Verum præter eam adest quoque realis actus & causalitas forme; & virtus agentis educentis formam, eamque cum materia vnientis. Concursus materiaz dicitur passio, concursus forme formæ, concursus agentis actio. At in vnione speciei cū facultate sentiente quamuis facultas sit vt suscipiens & patiens materia, species vt forma & obiectum vt Agens: Sola tamē facultas, vnionis vitalis, quæ est formaliter sensio, videtur esse causa. Obiectum. n. vim quidem habet in medio & organo

organo producendi speciem; quæ cum sit ad sensum necessaria, quoquo modo sensum principium indicatur. At cum materiale sit & inanimatum, dici non potest efficiens causa vitalis illius unionis, quæ sensum naturam habet. Minus verò species per verum formationis actum. Tum quia omni vita carens vitalis formationis actum habere nequit. Tum quia est formet ut realis quædam qualitas; ut tamen species est, hoc est obiecti representatrix, ab omni abstractio in fluxu. Non secus ac imago quævis ut est imago: cum ad imaginis vim hoc solum pertineat, ut aliud referat, atque ad aliud cognoscendum deducat: non ut ad actum, formetur. Sola igitur facultas suam apponit conatum & patientem influxum, quo nullum actum producens, neque merè suscipiens, sed patientem causalitate & concursu speciem sibi vnit veluti imaginem obiecti representatricem, quæ in illius cognitionem ducere potest. Illamque quodam modo vivificat, atque in suam transfert naturam, & per illam obiectum quoque, quod propterea dicitur fieri ipsum cognoscens, aut certe vnum cum cognoscens. Atque in hac assimilatione passiva formalis ratio cognitionis & sensum consistit.

Ita tria omnino intelliguntur. Primum, patienti facultatem esse sensum, non agendi quidquam; sensumque passionem, non actionem ullam. Nisi fortasse actionis nomine influxum quibus & actus secundus significetur: seu ut influxus ille facultatis patientis actui materiæ, formæ, & agentis naturalis, æquivaleret. Quare verissime ab Aristotele scriptum fuerit, sentire esse quoddam pati, moveri, & alterari.

Alterum; facultatem hanc patienti in cognoscendis præstare plurimum potestati patienti materiæ in naturalibus. Illa enim sola sua passione & influxu totam efficit cognitionem, totumque obiectum cognitum in seipsum transfert: hæc solo suo concursu nequaquam ad constituendum naturale compositum explendamque seipsum sufficiens est; sed formæ & agentis concursus adhuc requiritur. Quò fit, ut esse reale & naturale rerum multis constet influxibus, materiæ, formæ, & agentis: at esse cognitum præter speciei productionem, quæ ut conditio solum quædam est, unico facultatis cognoscens influxu, patienteque conatu, quo vivificet obiectum & in seipsum transferat, totum absoluat.

Tertium; eandem prorsus potestatem esse, quæ ad suscipiendam speciem & ad sentiendum actum potestatem est anima: eademque mutatione, qua speciem accipit, acquirere ite simul sensum actum. Sensus enim nihil aliud est, quàm vivifica illa speciei susceptio.

Hæc sanè omnia pulchrè videntur dici posse, & verò etiam ex pluribus Philosophi locis suaderi. Maxime ex tex. 37. & 51. ubi sensus alteratio quædam & passio esse dicitur. Et tex. 59. Obiecta externa esse activa sensum, quasi facultati nihil nisi passio superfit. Et tex. 138. Eundem esse actum sensum & sensum, ratione sola diversum. Quemadmodum sonus est actus & obiecti sonantis & sensus audientis. At actio obiecti est, à quo produci-tur; & passio facultatis, in qua suscipitur: sicut de cæteris quoque agentibus & patientibus exponit in tex. 139. & 140. In quibus actio & passio unus

A est amborum actus, ut in tertio Physicorum, lib. tex. 18. declaratur.

Verum enimverò quominus ego his planè assentiar, hæc faciunt. Primum; quod huiusce sententia illud videtur esse fundamentum, facultatem sentientem extensam esse & fusam per organum; & idè in ea quoque suscipi speciem in organo susceptam. Quod ut in brutis animalibus sit verum, existimare tamen æquam esse hominis & mutorum conditionem, est à veritate alienum. Cum enim facultates habere prorsus abstractas ab organis, speciemque in organis solum, non in facultatibus suscipere, antea demonstraui. Ut omnino necesse sit sensum dicere susceptionem speciei in facultate non esse; si in homine, qui tamen sentit, nequaquam suscipiatur: sed actionem quamquam facultatis circa speciem in organo susceptam. Deinde observamus per sepe suscipi speciem in organo seu facultate, nec tamen sentiri quidquam; Quod in libro quoque de sensu & sensibili capite 8. adnotavit Aristoteles. Apertis namque oculis multorum præsentium obiectorum haurimus species, nec illa percipimus. Imò in interiori sensu conservantur species, nec tamen illorù obiecta semper cognoscimus. Quid ita? An quia non attendit facultas, neque adfert illum concursum, quo suscepta species vivificetur? At in interiori sensu per antecedentem cognitionem semper est vivificata & in facultatem transformata. Accidit etiam per sepe, ut facultas attendat atque in sensum conetur; nec tamen sentiat. Quemadmodum cum in eadem distantia unus obiectum percipit, alter est speciem in orbem undique sparsam suscipiat & circa eam conetur; non tamen cognoscit; quòd actum facultas non eliciat. Tum verò una & eadem sententia nunquam obiecta plura simul sentirentur. Quoniam si sensus nil aliud sit, quàm speciei susceptio; quot sunt actiones ab obiectis profectæ, impressionesque speciei, totidem susceptiones esse oportet; tot inquam, quot species susceptæ; cum passio idem sit cum forma: totidem igitur sententia erunt. Exponi etiam non posset, quo modo sensus obiecti distantiam percipiat: siquidem species æquè in eo suscipitur, siue à propinquo, siue à remoto obiecto profectæ; & æquè illam sibi facultas assimilat. Cæterum nec intelligi potest facultatem concurrere atque in se transformare speciem & obiectum absque actione. Aut enim id facit cognoscendo, aut sine omni cognitione. Cognitionem adesse oportet. Tum quia cognoscens facultas id operatur. Tum quia experimur in nobis, quidquid circa obiectum operatur facultas cognoscens, id eam cognoscendo operari. Tum etiam quia si naturaliter, non ex cognitione, operaretur; plurima semper obiecta sentiret, ut plurimorum præsentium species suscipit, ad quas omnes naturaliter operando concurreret. Tum demum quia nihil hic concursus à concursu materiæ ad naturalis formæ productionem distingueretur. Quod si cognoscendo concurrat, iam cognitio illa est actio facultatis à speciei susceptione distincta. Et si opus sit conatu & advertentia Animæ circa speciem; quid hoc est aliud, quàm actio illa, quæ formaliter est sensus? Accedit, quòd organum percipuum illuminatum capax est sua natura speciei; facultas autem est facultas

Sensum enim esse actionem quamquam.

Si verò mentior sit sensum motus percipitur sensus.

B ut omnino necesse sit sensum dicere susceptionem speciei in facultate non esse; si in homine, qui tamen sentit, nequaquam suscipiatur: sed actionem quamquam facultatis circa speciem in organo susceptam. Deinde observamus per sepe suscipi speciem in organo seu facultate, nec tamen sentiri quidquam; Quod in libro quoque de sensu & sensibili capite 8. adnotavit Aristoteles. Apertis namque oculis multorum præsentium obiectorum haurimus species, nec illa percipimus. Imò in interiori sensu conservantur species, nec tamen illorù obiecta semper cognoscimus. Quid ita? An quia non attendit facultas, neque adfert illum concursum, quo suscepta species vivificetur? At in interiori sensu per antecedentem cognitionem semper est vivificata & in facultatem transformata. Accidit etiam per sepe, ut facultas attendat atque in sensum conetur; nec tamen sentiat. Quemadmodum cum in eadem distantia unus obiectum percipit, alter est speciem in orbem undique sparsam suscipiat & circa eam conetur; non tamen cognoscit; quòd actum facultas non eliciat. Tum verò una & eadem sententia nunquam obiecta plura simul sentirentur. Quoniam si sensus nil aliud sit, quàm speciei susceptio; quot sunt actiones ab obiectis profectæ, impressionesque speciei, totidem susceptiones esse oportet; tot inquam, quot species susceptæ; cum passio idem sit cum forma: totidem igitur sententia erunt. Exponi etiam non posset, quo modo sensus obiecti distantiam percipiat: siquidem species æquè in eo suscipitur, siue à propinquo, siue à remoto obiecto profectæ; & æquè illam sibi facultas assimilat. Cæterum nec intelligi potest facultatem concurrere atque in se transformare speciem & obiectum absque actione. Aut enim id facit cognoscendo, aut sine omni cognitione. Cognitionem adesse oportet. Tum quia cognoscens facultas id operatur. Tum quia experimur in nobis, quidquid circa obiectum operatur facultas cognoscens, id eam cognoscendo operari. Tum etiam quia si naturaliter, non ex cognitione, operaretur; plurima semper obiecta sentiret, ut plurimorum præsentium species suscipit, ad quas omnes naturaliter operando concurreret. Tum demum quia nihil hic concursus à concursu materiæ ad naturalis formæ productionem distingueretur. Quod si cognoscendo concurrat, iam cognitio illa est actio facultatis à speciei susceptione distincta. Et si opus sit conatu & advertentia Animæ circa speciem; quid hoc est aliud, quàm actio illa, quæ formaliter est sensus? Accedit, quòd organum percipuum illuminatum capax est sua natura speciei; facultas autem est facultas

D totidem susceptiones esse oportet; tot inquam, quot species susceptæ; cum passio idem sit cum forma: totidem igitur sententia erunt. Exponi etiam non posset, quo modo sensus obiecti distantiam percipiat: siquidem species æquè in eo suscipitur, siue à propinquo, siue à remoto obiecto profectæ; & æquè illam sibi facultas assimilat. Cæterum nec intelligi potest facultatem concurrere atque in se transformare speciem & obiectum absque actione. Aut enim id facit cognoscendo, aut sine omni cognitione. Cognitionem adesse oportet. Tum quia cognoscens facultas id operatur. Tum quia experimur in nobis, quidquid circa obiectum operatur facultas cognoscens, id eam cognoscendo operari. Tum etiam quia si naturaliter, non ex cognitione, operaretur; plurima semper obiecta sentiret, ut plurimorum præsentium species suscipit, ad quas omnes naturaliter operando concurreret. Tum demum quia nihil hic concursus à concursu materiæ ad naturalis formæ productionem distingueretur. Quod si cognoscendo concurrat, iam cognitio illa est actio facultatis à speciei susceptione distincta. Et si opus sit conatu & advertentia Animæ circa speciem; quid hoc est aliud, quàm actio illa, quæ formaliter est sensus? Accedit, quòd organum percipuum illuminatum capax est sua natura speciei; facultas autem est facultas

E sensus enim nihil aliud est, quàm vivifica illa speciei susceptio.

Sensus enim esse actionem quamquam.

cognoscendi: aliud igitur est speciei susceptio, aliud sensio & cognitio illa in organo; nempe aliquid à facultate profectum. Hæc est causa, cur sentiendo fatigemur. Passio enim præsertim si sit perficiens, qualis est sensio, numquam adfert fatigationem, nec materia patiendo & suscipiendo formâs fatigatur unquam, nec medium susceptione specierum. Sed in omnibus fatigatio ex operatione nimia & actione nascitur. Sensio igitur non est passio, speciei susceptio, sed actio ab his diuersa. Etenim dum sentimus, non solum precipimus obiectam, sed & de illo iudicamus, & sensus sit de illo certus: qua certitudine intellectus quoque certitudo nititur: at iudicare præter susceptionem speciei actionem significat.

Esse
actionem
sensu.

Denique accedit Aristotelis & Peripateticorum consensus. Sensionem illi actionem esse voluerunt, non ab obiecto productam in sensu, ut visus sunt sentire nonnulli, quibus fucum fecerunt verba illa in tex. 59. & in lib. de sensu & sensibili cap. 2. & 6. Sensilia obiecta actiua esse operationis illius, quæ est in sensu: Verum ab ipsa facultate sentiente profectam. Etenim in tex. 24. Anima est id, quod viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primum. Quemadmodum autem primum principium est, quod suis facultatibus agendo, vegetationis, incessus, atque intellectus operationes perficit, ita & de sensione intelligendum est. In tex. 37. sensus quidem videtur alteratio quædam esse, sine propter speciei, realis obiecti in organo susceptionem adiunctam, siue quod in eo suscipitur, à quo proficiscitur: dum tamen videtur verbo (videtur) re ipsa aliquid aliud esse significat. & illo ipso in loco Anima dicitur esse causa triplicis generis, formalis, finalis, efficiens: quoniam ut incessum, accretionem, & decretionem, ita & sensiones omnes in animalibus efficit, eorumque corpora animæ sunt in his omnibus operationibus exequendis instrumenta. Quare ut sensio totius animalis est operatio, quæ ab anima per corporis organum fit: ita duplici quasi parte constat: quarum altera est corporis, susceptio speciei obiectiue realis, altera animæ, cognitio ac iudicium facultatis. Appetitiones quoque duplici dicimus constare parte, materiali vna, quæ in corpore consideratur, altera formali, quæ in animæ facultate. Nam ita materialiter est feruor sanguinis in corde, formaliter appetitio vindictæ. Ita sensio est passio quædam in corpore, ut in tex. 12. libri 7. Phys. exponitur, in organo inquam speciei, obiectiue realis susceptio, in anima cognitio facultatis. Quanquam tum in sensu, tum in appetitu quoniam animæ actio in ipsa suscipitur, hanc item ob causam operatio illa passio quædam esse affirmatur. Sed in tex. 64. primi huius operis libri (qui non partem habet vim ad ostendendum sensationem non esse solam obiecti, speciei susceptio nem) magnopere nos admonuit, operationes hæc, quæ aliquid habent in corpore & aliquid in anima, non eodem semper modo fieri. Aliquando enim à corpore incipiunt & in animam desinunt, ut functiones sensuum, quæ principium habent ab organi susceptione, atque in animæ cognitionem terminantur: interdum autem ab anima incipiunt & deriuantur in corpus, quemadmodum appetitiones, in quibus propter vindictæ desiderium commouetur sanguis. Præterea in tex. 59. huius secundi libri sensum tradet proximam

A esse potestatem ad operandum, velut scientiam & contemplandum, postque statim sentire, si adda obiectum. Quare si contemplari est agere, erit sic sentire. In eodem loco obiecta externa dicuntur esse huius operationis actiua: est igitur sensio operatio quædam. Sed in libro de sensu & sensibili cap. 2. sunt hæc aperta verba, sensibile facit agere sensum. In tex. 118. Sensum discernere & iudicare sensilia. Et tex. 127. Aërem pati quidem ab odore & sensibile fieri, at non sentire, quoniam sentire non est solum pati, sed aliquid præter pati, hoc est iudicium ferre de obiecto, ut exponunt interpretes, præsertim Alexander. Et in t. 140. Actio visus visio dicitur, & gustatus gustatio, coloris autem & saporis in nominata est. Ad extremum in t. 16. libri 9. Metaph. Visionem & sensationem omnem docuit actionem esse immanentem, quæ in videre & sentiente suscipiatur, neque vllum relinquat opus, sed solum habeat actionis vim. Quo loco & actionem esse asseruit, & visus est interpretari, cur alibi passionem quædam esse affirmasset, nempe quia in eodem suscipitur, à quo oritur.

Alexander verò in primo libro de anima cap. 11. Potestas, inquit, videndi per adnotam obiecti actionem ea excipere & iudicare potest. Et cap. 13. Sensus animæ potestas est, quæ sensibiles formas sine materia excipit, discernit, interno scit, iudicat, comprehendit, de illis iudicium fert, & similia plura, quæ actionem significant. Et cap. 19. In sensu tria omnino sunt, obiectum sensibile, sentendi virtus, atque virtutis huius operatio. Ad id sensuum actionibus sensuum figuras & expressas effigies gigni, sensationemque sensus sentientie animæ actionem esse circa obiectum sensibile. Et cap. 24. Sentire non est pati, sed iudicare & discernere. & cap. 26. Sensus speciei susceptionem efficit. Et in 2. lib. cap. 13. & 14. Sensus percipit, apprehendit, & iudicat.

Themistius quoque in primo lib. de an. cap. 31. interio rem sensum estimatore esse dicit, arbitrium & iudicem eorum quæ per exteriores, hauriuntur. Recordationem verò non ad animam, sed ab anima proficisci, animamque producere & promouere, quarum vestigia in se cõdiderat. ac demum iudicare, sentire, comprehendere, contemplari motus quoddam non esse, functiones tamen & actiones animæ esse. Et rursum in 2. lib. c. 19. Sentire non solum est pati, sed & agere. Et li. 3. c. 14. Sensus passio non tam passio, quam actus & absolutio est. Et in 1. l. de mem. & Reminisc. c. 11. Ex actibus, quos circa sua quæque genera sensus absolunt. Et rursum in sensu tria sunt, obiectum, sentiens virtus, & actus qui tanquam factus excluditur.

E Simplicius in com. tex. 75. lib. 1. de an. Cognitio actio est, non autem passio, & in 2. l. tex. 61. & 62. Sensus iuxta sensibiles afflitit formam, at non passio, neque. n. albescit aut calescit) sed actio: Non in agendo veluti effectrices causæ, sed iudicando & cognoscendo. Et rursum, simul & mouetur & agit, estque simul & actio & passio, passio à sensibilibus actio cum per vitæ, quæ in sensorio est, excitationem assimilatur sensibili formæ. Et in tex. 75. Per propriam actionem fit sensuum comprehensio, non quod à sensibilibus patiatur anima, sed quod circa ipsa operetur & agat. Et in tex. 118. Iudicium actionem nominat. Et tex. 127. Sensus non sola externi obiecti actione consistit, sed etiam propria. Sentire siquidem est cognoscendo agere. Et tex. 147. Sensus

» Sensus actiua ratio, & tex. 144. Sensus per se ipsum agit, ubi à sensili excitatus fuerit. Et tex. 147. & 149.

» Sensitivum iudicium neque passio, neque motus est; sed actio & perfectio intrinsecus excitata: non effectiua sensilium, sed cognitiva ipsorum.

Philoponus in tex. 59. Sensus externis præsensibus opus habet vt agat. Quare tum ipse tum Simplicius in tex. 51. sensum interpretantur dictū fuisse passionem & alterationem esse; non quòd ipse ita esse sentiret Philosophus; idè enim addidit (videtur) sed aut quòd paulò ante animam asserens vt efficientem causam esse, etiam in alterationis motu Sensionem atulisset velut alterationem quandam; quare in tex. 59. sensum dixit externis præsensibus in digere, vt agat. Ita Philoponus. Aut Simplicij iudicio, quoniam sensus etsi non est alteratio, iis tamen apparet, qui sensorij passionem in actionem cum ipso complicatam atque vtentem transferunt.

Denique Priscianus Lydus in Theophrasti librū de anima c. 27. Non in passione, inquit, consistit visus; sed in speciali vitæ perfectione atque in partu quodam rationis innata: & c. 30. sensus non secundū passionē fit, sed est perfecta quadā species actionis siue actus. Et Porphyrius in libro de occasionibus, Passio corporū cum transmutatione contingit. Passio verò animæ est accommodatio quadam & affectio ad rem ipsam vt actio quadam.

Mitto Aueroem ac Latinos interpretes. Satis fuerit ex Græcis hæc commemorasse. Omnes enim cum sensionē operationem esse vitalem animaduvertent, eam non nisi ab anima, vitalique principio proficisci posse intellexerunt. Nam si ab obiecto obiectiue specie proficisceretur, nihil obijceretur nobis, quòd statim non sentiretur. Deinde æquè perfectè sentiremus simul obiecta plurima, eaque diuersa nec solū eodem, sed & diuerso sensu. Quoniam æquè omnium species in omnibus suscipiuntur. At vni obiecto attendentes aut nullo modo, aut certè minùs sentimus cætera. Argumentatur etiam Arist. in tex. 19. libri 3. Agentem intellectum nobiliorem esse patiente, quòd potior sit Agentis conditio. Quòd si obiectum sensili non speciem modò, vt agens intellectus; sed sensionem quoque produceret, multò magis sentienti, hoc est patienti facultati præstaret. Quare si is aliquando obiectū dixit actiuum esse sensionis; hoc est solū intellectū dixit, quòd moueat, determinet, excitetque facultatem ad sentiendum, atque illius actionem terminet. Neque pluribus in hac re opus est.

Ex his autem, quæ propoſita sunt, tum sensionē cognoscimus actionē magis esse quàm passionem; Tum ab obiecto externo eam intelligimus non proficisci; neque à sensili specie, siue vt præcipua & integra causa, quemadmodum credidit Magnus Albertus in 2. de anima tra. 3. Et in li. de Apprehensione, & in summa de Homine, & S. Thomas in prima parte, quæst. 36. artic. 1. Qui perinde speciem sensionis in facultate, & calorem calefactionis in igne principium posuit; hoc solo discrimine, quòd illa est immanens, hæc transiens actio; & idè in Commentario textus 119. Omnè in sensu vim agēdinēgavit, solaque eum vt patiendi cōstare voluit. Siue vt facultatis instrumento, aut partiali causa; vt visus est sentire Scotus in 1. sententiarū li. dist. 3. quæst. 7. Sentientem enim facultatē simul cum obiecto aut specie principium sensionis posuit. Quoniā

» cū hæc actio sit vitalis & cognoscēs, totam speciei vim & conditionem superat; neque vlla ex parte à principio vitæ omnis & cognitionis experte deduci potest. Deinde vt id præstaret species, oporteret eam non in Organo modò, sed in ipsa facultate suscipi: Quod in homine saltem non enenire antea demonstrauimus. Tum verò eum sensio immanēs actio sit; si à specie vilo modo produceretur, in eadem susciperetur: At in sola facultate, non in specie, suscipi eam certum est. Denique eam solam ob causam adhibetur species ad sentiendum, vt facultatem determinet, moueat, coniungat, eique obiectum repræsentet: quæ si præstiterit, facultas sola sufficiens est sensionis & cognitionis causa.

Cæterum non defuisse video inter Latinos, qui cum sensionem actionem esse intelligerent; eamque ab anima, sentienteque facultate profectam; duplicem in vnoquoque sensu sentientem facultatem re ipsa distinctam cogitarunt: agentem vnam, alteram patientem: illā producentem sensionem, hæc suscipientē. Sic inter cæteros Iandunus Itaque cur in scholis fuerit sensus agens nominatus, duæ omnino fuerunt cause. Altera, vt sensiles species ex obiectis eliceret. Altera, vt sensionis principium esset. De priori actum est superius, eum de speciebus illis disputaretur. Posterior hæc duobus maxime principiis nititur. Altero, quòd sensum Philosophus patiendi facultatem appellauit: eadem autem esse non potest agēdi & patiendi virtus. Altero, quòd in tex. 17. li. 3. in omni natura argumentabitur patiēdi potestati agēdi facultatē respōdere debere. Quo argumento agentē intellectū à patiente distinctum probabit. Vt igitur in sentiente anima est sensus patients, ita necesse est & agentē esse. Nam si eadem facultas ageret & pateretur, actionemque suā susciperet; idem esset agens & patients, actū & potestatem. Necesse est etiam has duas facultates re ipsa distingui. Tum quia agēs & patiens sunt cōtraria. Tū quia, vt est in tex. 17. li. 5. Metaph. Agens est principium mutādi aliud vt est aliud: & patients, quod mutatur ab alio vt aliud est.

Verum enim uerò vt hæc opinio passim ab omnibus reicitur, ita non erit nobis magnopere laborandū. Aristoteli enim & rationi aduersatur. Is eum longam & accuratam de sensibus tractationem fecerit, tum generalem, tum specialē; sensumque sæpius affirmauerit pati, patiēdiq; facultatē esse; agentē nūsq; sensum nominauit: tantum abest, vt de eo disseruerit. Quod omnino facere debuisset, ne mæca & imperfecta sensuum explicatio esset. Quin actiua potius sensionis exteriora obiecta pronuntiauit. De antiquis interpretibus idem dici potest. Deinde in tex. 16. lib. 9. Metaph. eum duo actionis genera distinxisset; vnū in externā materiam transiens, alterum in eo ipso susceptum, à quo proficiscitur: An non sensionis & cognitionis exēpla propoſuit? In ipsismet, inquit, actio est, vt visio in vidente & contēplatio in contēplante, & vita in anima. Ipsemet Iandunus, in sua opinione parū constans. in quæst. de sensu & sensili quæst. 9. In visione aliisque eius generis operationibus fieri posse scripsit, vt eadem sit & agēdi & patiēdi facultas. Hæc enim immanentis actionis vis. Eadem facultas, vt est actus primus, agit; vt autē potestas ad actū secundū, patitur: eumque & promittit & suscipit. Promittit, vt actus primus; suscipit, vt potestas ad secundū. Videas hoc in intellectu quoque in quo agentē quidē & patientē intellectū legimus;

Nullum esse agētem sensum à patiente distinctam.

Atque prout sensio.

DDD

*Cur de-
tur in-
tellectus
agens,
et non
sensus
agens.*

sed tamen ut mittam maximam semper fuisse diffi-
cultatem, nec dum inter interpretes constare,
quidnam fuerit Aristoteli intellectus agens; Num
separata mens. An facultas Anima. Deturque esse
animae facultatem: nonne intellectiois actio à
patientem intellectu, non ab agente proficiscitur;
atque Agentis unicum est munus species produ-
cere, resque actu intellectuales efficere: Quod si in in-
tellectu eadem sit facultas producaens & suscipiens
intellectionem, Agens & Patiens; quidni etiam sit
in sensu? In intellectu autem Agens intellectus
nominatur, in sensu non item agens sensus. Quo-
niam intellectuales species, immateriales, ordinifi-
que superioris, quam sit phantasma, aliam habere
non possunt efficientem causam: at sensuales species
& in materialium genere continentur, & ab obiecto
ipso producuntur. Tum verò de patiente sensu
in promptu est querere; num ille sit cognoscens,
an non. Cognoscentem omnes fatentur, Aristotelem
sequuti, qui sentire & cognoscere docuit esse pati.
Et fateri coguntur aduersarij, qui eum dicunt
cognitionem ab agente sensu factam percipere: Ac
demum confirmat intellectus patiens, qui omnino
cognoscens est. At si ille cognoscens est, quid opus
agere sensu? Quippe cognoscere nil est aliud, quam
cognoscentis facultatis actio. De hoc ipso quoque
agente sensu querendum erit; An cognoscendo,
an verò sine cognitione cognitionem illam produ-
cat. Si non cognoscendo, sed impellente natura
ageret, necessario ageret & semper: semper igitur
& plurima simul obiecta, quorum species susci-
piuntur, vel etiam dormientes, aut non attenden-
tes, sentire nos oporteret. At nullam cognitionem
efficeret naturalis merè facultas. Superioris nam-
que ordinis est cognitio: facultasque non cognos-
cens nobilior esset cognoscente; quoniam agens
praestat patienti: hocque argumento in tex. 19. li. 3.
probabitur, agentem intellectum nobiliorem esse
patientem. Quanquam cognitio cognoscentis opera-
tionem significat; sicut calefactio operationem
calidi: omninoque pugnantia videtur loqui, qui
eum sine cognitione cognitionem dicat producere.
Quam ob causam intellectus agens, dum non
intelligere affirmatur, negatur item intellectio-
nem in patiente intellectu producere. Si ergo cog-
noscat & cognitionem cognoscendo producat; sanè
ut ille seipso cognoscit, neque ab alio accipit
cognitionem, ita de patiente sensu dicere licet;
nec agente alio fuerit opus. Deinde cognitio im-
manentem actionem significat; qua in eo ipso sus-
cipiatur, à quo producitur; non effundatur in aliud;
hoc est in agente sensu remaneat, non in patiente
mittatur: neque sensus patiens cognitionem ab
alio immittam suscipere poterit, sed à seipso exci-
tare debeat, si immanens actio futura sit. Quocir-
ca aut in 3. libro Metaph. sola facultas agendi &
patientis physice & cum corruptione definita fue-
rit: haec. n. est ab alio & in aliud; quia nihil corrup-
pit & destruit seipsum. Aut si facultatem omnem
vis comprehendere, ita Philosophi accipias verba;
ut rationis, non rei, diuersitatem postulent. Perfici-
ente namque & minus propria actione potest idè
in seipsum alio atque alio modo consideratum agere.

*Sensu
aut pas-
sio dicitur
int.*

Maneat igitur Sensio formaliter actionem im-
manentem esse animae per suam facultatem; eamque
ab eadem facultate oriri, in qua suscipitur. Quam
Peripateticis libuit patientem appellari, Tum ut
plerique dicunt, propter adiunctam Organi passionem

ab obiecto illatam: tum ut Platonicoꝝ coargueret
error, qui sensum omnino actiuum esse voluerat: tum
demum quod actionem habeat immanentem, quae
actio est & passio quadam. Sed ut est actio, com-
munè habet cum ceteris omnibus conditionem: ut
passionem habet in eo ipso, à quo oritur, ab aliis
distinguitur, quae in aliud transit. Quare cum vni-
quodque ab eo potius, quod illius proprium est, ap-
pellari debeat; libuit Peripateticis patienti facul-
tatem nominare, ut propria huius operationis con-
ditionem & naturam exponeret; quae non agit in ob-
iectum: sed potius ab eo patitur, neque in aliud tran-
sit, sed in suo principio & fonte remanet. Ita opti-
mè scriptum est in tex. 19. Sensum esse veluti scien-
tia, operarique posse absque vlla in ipso facta muta-
tione. Et in tex. 61. sensum esse non ut puerum,
sed ut iuuenem ad militandum. Voluit. n. osten-
dere esse potestate proxima, ut ex seipso operari
queat. Nam esse susceptione speciei indiget; haec
tamen est ex parte obiecti, non facultatis, nec vllam
illi operandi virtutem addit. Sensioque actus secun-
dus est, qui ab hac facultate promittitur circa ob-
iectum sensibile: actio inquam perceptionis & iudicii.
Non ergo sensus propterea pati dicitur & moueri
ab obiecto, quod obiectum vera & reali actione in
senticentem facultatem operetur quidquam: atque
ita de potestate ad actum reducat, quemadmodum
ab igne reducitur vtile corpus. Atque in hoc in-
terpres omnes consentiunt.

Dum verò affirmant permulti, propterea eum
pati, quod obiectum in sensu Organum agat; sive
reali actione, ut in tactu, gustatu, odoratu, auditu,
aut certe per intentionalem speciem, ut in aspectu:
nimirum ut actione hac excitatus sensus sensiois
actum producat: diciturque ad actum reduci, tum ab ex-
citante obiecto, tum à seipso sensiois actum promitte-
te. Et idè tum patienti facultas sit, quatenus eius Or-
ganum patitur; tum agendi, quatenus secundum cog-
nitionis actum edit. Ego actionem quidem obiecti realem
in Organum illorum quatuor priorum sensuum li-
benter agnosco (tameñ in odoratu & auditu non
semper necessariam esse existimem, ut opportunitate
loco docebo) Immo etiam interdum in aspectu, cuius
Organum à luce patitur. Eam tamè omnino extrin-
secam facultati esse iudico: nec satis intelligo, quo-
modo patiente Organo facultas, quae non patitur,
sed agat, patienti facultas eam ob causam appellari
possit. Deinde intellectus quoque in tertio libro pa-
tientis facultas, & intelligere pati quoddam esse dicitur.
Nec tamè intellectus Organum habet, in quo ea
passio considerari queat. Denique à coloribus im-
mitti speciem ad oculum, libenter nunquam audiu.

Dum igitur sensus facultas patiens esse dicitur, eam
ob causam id affirmari aio, quae intellectui quoque
communis est, & ab Alexandro significata in secun-
do libro de Anima cap. 19. Vbi sensum passivum
esse scripsit, quoniam ipsius apprehensio per pas-
sionem fit. Et rursum, intellectum passivum dici,
quatenus formarum apprehensivus est. Pati nam-
que, ait, videtur id, quod apprehendit, atque id cum
sensu commune habet: nimirum quia cognoscit
facultas est. Cognitionis enim ea vis est, ut ob-
iectum trahat ad se, atque in seipsam transformet.
Estque veluti forma quadam obiecti cognitum,
quae dum in cognoscente facultate suscipitur, in
eam transformantur obiecta omnia; & anti-
ma cognoscendo fit omnia; & resque cog-
nita dicitur esse in anima. Et dum ita facultas
obiectorum

obiectu for mas suscipit, verissime patitur, passionis hoc intentionalis & perfectius generis.

Et quidem ab obiectis; tum quod illorum formas suscipit; tum quod ab illis ad cognoscendum excitatur. Excitatur, inquam, non actione vlla propria, sed sola presentia: quemadmodum etiam agens excitari affirmatur & moveri ab Idea, seu forma, per quam agit: aut a fine propter quem operatur: aut a materia ad operandum apta. Sicut in textu 48. inquit Aristoteles. alimentum; quod in textu 45. dixerat nihil agere in id, quod aliter, preparare altitrici facultati suam operationem, eum inquit, eo loco Simplicius; Materia afficiens ad excitandam actionem apta; perinde ac sunt ligna fabro; quibus scilicet ad præclarum quodpiam opus efficiendum excitatur, si ea perquam aptam materiam esse conspexerit. Ita obiectum intelligendum est cognoscens facultatem ad cognoscendum movere.

Atque hoc modo optime distinguimus genus hoc facultatum a reliquis omnibus; sicut Aristoteli propositum fuit distinguere, dum eam dixit esse facultatem patiendi, reliquis agendi. Reliquæ enim omnes agendi solum, non patiendi facultates sunt. Vegetans, inquam, Appetens & Mouens. Quoniam Vegetans actionem habet in exteriori materiam, quam alterat & commutat. Appetens trahit animal ad appetitum obiectum; ac demum Mouens ad illud prosequendum impellit. At cognoscens non agens est modò, sed & patiens. Quia cum cognitio non motionem animalis significet ad obiectum cognitum, sed obiecti potius transformationem in facultatem cognoscens, atque illius susceptionem per cognitionis actum velut illius formam: verè affirmatur facultas non solum agere, sed & pati, dum obiecti cognitum suscipit.

Itaque sicut materia dicitur esse potestas patiens, quatenus nullam ex se habet formam, sed rerum omnium naturales formas potest suscipere; existimaturque actu pati & mutari, quando illas suscipit: ita nimirum facultas cognoscens est facultas patiendi; quia nullam ex se habet cognitionem tanquam rerum cognoscendarum formam: sed est tanquam tabula, in qua nihil est scriptum, vt de intellectu legimus in rex. 14. libri 3. potestque omnium formas suscipere cognoscendo: verèque existimatur suscipere, pati, & mutari; quando actu cognoscit, & cognitionibus tanquam rerum cognitarum formis imbuitur. Et idè vt materia, sic anima, quatenus cognoscendi vim habet, dicitur esse locus formarum in tex. 6. eiusdem libri. Sed materia est locus formarum, quæ in natura existunt, Anima autem formarum, quæ cognita sunt. Hoc tamen inter materiam & cognoscens facultatem interest; quod materia neque habet ex se formam vllam; neque actum, quo illam sibi comparare possit; & idè est merè potestas patiendi & suscipiendi; quæ ab alio, quod agendi vim habeat, reduci ad actum debet. At facultas cognoscens, etiam ex se nullam habeat cognitionem, seu obiecti cognitum formam; habet tamen actum, quo possit illam producere; quam ob causam ab Aristotele similis esse dicitur habitui scientiæ, qui in actum contemplationis habere potest; Non tamen sine obiecto; quoniam vt in naturalibus forma sit similis agenti; quoniam materia per eam sit particeps naturæ agentis; ita in eo-

gnitione, quia per eam facultas cognoscens transformare in se debet obiectum cognitum; forma illa quoad speciem non debet esse similis cognoscenti, sed obiecto cognitò tanquam Idea & exemplari, cuius ea sit participatio & transformatio, qua obiectum illud in facultatem exprimitur.

Quocirca ad illam producendam duo omnino concurrunt: Alterum tanquam agens; hocquè est facultas tanquam habitus, qui actum cognitionis producit. Alterum tanquam Idea & exemplar, quod sit velut determinatio & excitatio facultatis; quemadmodum agens quodlibet per intellectum ab Idea quapiam mente concepta, & agens naturale à sua forma naturali determinatur, atque ad effectum illi similem producendum excitatur. Quò sit, vt cognitio partim sit similis facultati producenti, partim obiecto tanquam exemplari determinanti. Est inquam facultati similis quoad genus; obiecto quoad speciem. Nam in intellectu cognitio est forma intellectibilis & immaterialis prorsus & impartibilis; in sensu est forma sensibilis: nec omnino spiritalis, nec impartibilis: quoniam scilicet eiusmodi est natura & conditio facultatis, à qua earum vnaquæque oritur. Imò in singulis sensibus appellatur visio, auditio, aut alia similis forma; non solum propter obiectum, sed etiam quoniam ab hac aut illa facultate nascitur. Quòd autem talis sit, aut talis intellectio, talis aut talis visio seu auditio; visio scilicet albi aut nigri; auditio grauis aut acuti soni: Hoc planè petitur ex obiecto, cuius vnaquæque est similitudo à facultate efformata.

Ex quibus omnibus quatuor prorsus colligimus. Primum; facultatem cognoscens diuinißimum omnium esse facultatum genus. Nam duo facultatum genera distinguimus in natura: facultatem patiendi solum quæ est materia; & facultatem agendi: quæ aut in corporibus merè naturalibus consideratur; aut etiam in iis, quæ habent animam. Agendi facultatem manifestum est in genere facultatis prætabiliorem esse ea, quæ est patiendi: Siquidem agere potius est, quàm pati. Cùm illud perfectionis argumentum sit, atque ab actu oriatur; hoc egestatem, inopiam, & imperfectionem significet. Rursum in genere agentium facultatum certum est animæ facultates primum locum tenere. Quod tum ex earum origine certum est; tum ex subiecto, sine, operatione, operandi modo, ac demum organo, quo ad operandum vtuntur. Sed omnibus præstat facultas cognoscens. Continet enim perfectionem omnem, tum potestatis materiae, tum reliquarum omnium facultatum. Potestatis quidem patiendi perfectionem habet, quia suscipere potest, & verè suscipit rerum omnium formas. Sed meliori modo, quàm materia, dum immateriali quodam & nobiliori multò suscipit, quàm ea sint in se ipsis. Reliquarum autem facultatum agentium, quoniam ea, aut agunt actione in externam materiam transeunte, aut certè ad aliquid aliud extra se impellunt: at facultas cognoscens, dum circa exterius obiectum versatur, non effundendo sese in illud, sed in seipsa actionem suam retinendo; totam habet priorum perfectionem nobiliori modo, quàm ea ipsæ habeant. Et dum non impellit ad obiectum, quemadmodum appetens & mouens facultates, sed illud magis ad se trahit atque ad suam naturam & conditionem

Sicut et ab obiecto...

Cum...

Facultas...

Facultas...

or ad cognitionem...

Natura...

Cognoscens...

elevat, diuinissimam profus habet operationem. Atque ut vno verbo dicā; facultas hæc vna perfectionem omnem habet, tum patientis facultatis, tum alterius cuiuslibet agentis; idque absque earum imperfectionibus.

Præterea cum ceteris conveniat & differt.

Alterum, quod ex superius dictis colligimus; est facultatem hanc partim convenire magno partem cum reliquis facultatibus, partim ab illis differre. Convenit cum facultate patiendi materiæ; quod nullam habet, potestque omnes habere rerum cognoscendarum formas. At differt; quod materia ab exteriori agente formas omnes cogitur mendicare; facultas autem cognoscens etsi exteriori obiectum requirat, à seipsa tamen operatur & formam sibi producit: neque in hoc quidquam agit obiectum; sed solum est id, circa quod facultas actum suum cognitionis elicit. Deinde etsi in eo conveniant, quod utraque facultas, dum adveniētem formam suscipit, eam facit conditioni suæ similem (animam nostram excipio, quæ forinsecus accedit) differunt tamen plurimum, quod materia formam quam suscipit, deterioris conditionis facit. Materialem enim facit, corpoream, & partibilem: quæ si per se cohereret, immaterialis potius esset, incorporea, & impartibilis. At facultas cognoscens ad meliorem statum traducit. Nam obiectum materiale, corporeum, & partibile, dum ad cognitionis formam elevat, aut penitus in intellectu, aut certe quoquo modo in sensu immateriale facit, incorporeum, impartibile. Convenit item cum reliquis facultatibus agentibus; quod omnes sunt agentes, possuntque actum suum producere. Sed reliquæ aut solum actum secundum & operationem quandam edunt; aut si præter hæc sit quæpiam forma, hæc in exteriori materia producit. Facultas cognoscens non solum actum secundum, sed formam quoque promit, & quidem in seipsa. Immo, quod mirum planè est, in ea idem sunt actus secundus & forma. Cognitio enim, ut est operatio quædam cognoscens facultatis, actus secundus est; ut autem comprehensio, imago, & transformatio obiecti cogniti in facultatem cognoscens, veram habet rationem formæ.

Duplex in sensu passio.

Tertium est; duplicem in sensu passionem posse considerari: alteram in organo ab obiecto factam: alteram in facultate; quæ ab ipsa met proficiscitur: non tamen sine obiecto. Et illam quidem in quibusdam sensibus necessariam esse, quod illi materiales valde cum sint & imperfecti, non sentiunt nisi obiectum immediatè sibi coniunctum, organoque adnotum. Ita enim in Tactu præsertim & Gustatu res habet. In aliis non item; quod magis perfecti sunt, minusque materiales. Certè si de solis exterioribus sensibus nunc loquendum sit; eos ego existimo tripartitò esse distinctos. Quoniam enim pati proprium materiæ est, quod illi magis aut minus sunt materiales, maiorem aut minorem passionem habent. Itaque quidam sunt maxime materiales & imperfecti, qui realem & immediatam obiecti cum organo coniunctionem semper volunt; Tactus scilicet & Gustatus. Alij sunt perfectissimi, qui nullam vquam immediatam coniunctionem admittunt, sed semper obiectum distans cognoscunt; hic est aspectus. Alij demum medio modo se habent; & interdum quidem re ipsa suscipiunt obiectum, quod tam vehemens

Sensus externi tripartitò distincti.

fit illius actio, ut ad sensum vsque multiplicetur; sed tamen etsi ad sensum vsque non penetret, possunt illud sentire: huius generis sunt Auditus, & Odoratus. Et Tactus quidè & Gustatus veram & realem semper habent passionem in Organo: Aspectus nunquam, nisi interdum à lumine realem; aut fortasse intentionalem, si species ab illius obiecto emissæ admittantur: Auditus & Odoratus interdum realem; interdum aut intentionalem, si in his quoque sensibus essent species; aut omnino nullam. Quod si nulla species concedatur, illud etiam pulchrè affirmabitur; in duobus prioribus sensibus duplicem semper passionem esse; vnam in Organo; alteram in facultate. In Aspectu vnicam semper in facultate, nullam in Organo. Denique in Auditu & Odoratu vnicam interdum in facultate; interdum alteram quoque in Organo.

Quartum & postremum est, verissimè ab Aristotele fuisse pronuntiatum, sentientem facultatem per se consideratam patientem esse. Et sentire esse quoddam pati: hæcque passio non in Organo, sed in ipsa facultate; non in corpore, sed in anima spectanda. Quoniam cum sensus sit facultas cognoscens, & sentire sit quoddam cognoscere; facultas omnis cognoscens, omnique cognitio non actionem solum, sed passionem quoque significat. Atque hoc à ceteris facultatibus distinguitur; ut in textu 16. libri 9. Metaph. declaratum est. Et quia ex hoc petenda est totius huius facultatis cognitio, iure optimo fuit in ipso huius tractationis initio positum, velut totius consequentis explicationis fundamentum.

TEXTVS.

Ἐπιπέδη δὲ τὸ αἰσθάνεσθαι λέγεσθαι θροῦν. τὸ, πρὸς αἰσθάνεσθαι ἀκούειν καὶ ὄρεσθαι, ἀκούειν καὶ ὄρεσθαι λέγεσθαι, καὶ πρὸς αἰσθάνεσθαι. καὶ τὸ ἴδναι ὄρεσθαι. θροῦν δὲ λέγεσθαι καὶ ἡ αἰσθάνεσθαι. ἡ δὲ αἰσθάνεσθαι, ἡ δὲ ὄρεσθαι. ἡ αἰσθάνεσθαι, τὸ, πρὸς αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ ὄρεσθαι.

Quoniam autem sentire dicimus duobus modis: patiente enim & audiens & videns audire & videre dicimus, etsi fuerit dormiens. Et quod iam est operans; duobus utique modis dicitur & sensus, hic quidem ut potestate, ille vero ut actu. Similiter autem & ipsum sentire, & quod potestate est, & quod actu.

COMMENTARIUS LXIV.

Sensum dixerat esse patiendi facultatem, quæ absentibus obiectis nihil sentiret, sentire tamen posset; iisque præsentibus fieret actu. Id ipsum magis adhuc libuit explicare; & ut mihi quidem videtur, à posteriori & ex effectis confirmare. Nam ex sentiendi operatione de sensu ipso, qui est facultas, videtur hoc modo ratio cinari. Sentire, quod sentiens facultatis operationem significat, potest duobus modis dicitur, potestate, & actu. Non solum enim animal dicimus videre & audire, quando præsentè obiecto colorato aut solo actu operatur, cernendo colorem & audiendo sonum. Sed

Sed etiam quando aut absente obiecto, aut quod dormiat, vel in tenebris vigilet, aut non attendat, nihil prorsus videt, neque audit. Videre tamen potest, si aut invigilet, aut accedat obiectum aut lumen, aut attendat anima. Si igitur operatio & potestate dicitur, quando non adest, sed adesse potest; & actu, quando re ipsa adest: facultas quoque ipsa sentiendi & potestate erit interdum, si non adsit illi operatio, sed adesse possit; & interdum actu, quando re ipsa operabitur. Namque sensus illius animalis, quod dormit, aut in tenebris iacet, aut obiectum presens non habet, potestate est; Quoniam nihil sentit, sed vim habet, hoc est actu primum sentiendi; neque opus habet mutatione vlla essentiali, vt sentiat; sed accidentaria duntaxat ad actum secundum operandi; statim atque aut euigilauerit, aut affulserit lumen, aut obiectum occurrerit. Tunc enim statim sensus fiet actu.

Itaque quod dicitur de potestate & actu, verè adnotauit Simplicius intelligendam non esse de potestate valde remota; quemadmodum sperma quoque potestate videns & audiens diceretur; quod tamen pluribus opus habet mutationibus, antequàm actu videri possit & audire. Sed de propinqua & accidentaria ad solum actum secundum operationis. Quam tamen, vt obseruauit Aueroës, habitudinem quandam habere significauit Philosophus. Etenim is, qui facultatem habet videndi & non videt, potestate propinqua videns dicitur etsi dormiat. Minus tamen propinqua, quàm is, qui vigilans propterea non videt, quod sit in tenebris, aut absit obiectum. Quoniam in illo maiori opus est mutatione; & quidem quæ in ipso fiat; nempe vt euigilet: quàm in hoc cui satis est, vt obiectum aut medium illuminetur, aut proponatur illi obiectum: quæ omnes mutationes extra ipsum considerantur. Tamen illa ipsa verba (etsi fuerit dormiens) cum Philopono ita possumus interpretari, sentire duobus modis dicitur; aut potestate, quando adest habitus sine actu, vt in dormiente; aut actu, quando est habitus operans, vt in vigilante.

Denique postquam ex operatione ad facultatem ipsam sentiendi progressus est; rursus ex facultate ad operationem regressus. Quem procedendi modum certam omnino scientiam parere, manifestum est ex Analyticis. Ergò vt ex eo, quod sentire dicitur & potestate & actu, sensum quoque & potestate & actu dici ostenderit: ita ex eo, quod sensus duobus hîc modis dicitur, sentire item vtroque modo dici concludit. Et prior quidem ratiocinatio ab effectu fuit ad causam; posterior autem à causa est ad effectum. Et vt in prioribus duobus illis modis dici sentire, tanquam effectum sensu & experientia notum accepit; sic in posteriori illum concludit ex causa; propriam scilicet illius effectus causam ostendens.

TEXTVS.

Πρώτον μὲν οὐδὲν ἄς τὸ αὐτὸ ὄντος τὸ πάθειν, ἢ τὸ κινεῖσθαι, ἢ τὸ ἀκίνητον, ἀκίνητον. ἢ γὰρ ἴσταν ἢ κίνησις ἀκίνητου πρὸ αὐτῆς μὴ τοι, καθάπερ ἐν ἐπίγειο ἄκρητι.

A Primum igitur tanquam sit idem pati & moueri & Tex. 54. agere, dicamus. Etenim motus est actus quidam: imperfe-ctus tamen, quemadmodum in alijs dictum est.

COMMENTARIVS LXV.

Sensum esse patiendi facultatem, satis haecenus explicatum est. Alteram igitur huius disputationis partem aggreditur, vt quomodo id sit pleniùs ostendat. Quod dum facit, simul etiam declarat, quomodo quod patitur, partim patiatur à simili, partim à dissimili: quod potissimum hoc loco queri existimauit Philoponus. Et verò etiam quomodo sensum dixerit esse potestate & moueri ab alio; & rursus esse actu & operari. Quod Simplicio, Aueroi, & S. Thomæ visum est esse totius huius orationis scopum. Nam & hæc duo explicationem aliquam desiderabant; cum antea dictum fuisset sensum moueri & pati; sed exponendum esse, an à simili patiatur, an à dissimili: Et paulo ante, sensum duobus modis dici, & potestate, & actu. Cum enim potestate dicitur, ab alio videtur debere moueri & pati, vt ad actum reducat. Cum autem actu consideratur, & vt operans, agere potius, quàm pati existimabitur.

Pincipio igitur accipit, idem esse pati, moueri, & agere, ceu potius esse actu. Non enim dixit *αἰσῆς, πατι, μο- ueri, & agere.* quemadmodum in textu 51. vbi generales sermo- nes de agere & pati nominauit. Sed *ἰσχυρῶς*, quod esse actu significat: quemadmodum paulo antea dixit, sensum duobus modis dici, *δυναμῶς, & ἐνεργείᾳ*, hoc est potestate & actu. Sed quod dixit, duo illa esse idem; intelligendum est esse idem re ipsa, & vbi ambo simul in eodem reperiantur. Alioqui differre ratione, posseque vnum esse sine altero; in pluribus manifestum est. Sol enim (vt hoc vnum de multis exemplum proferam) neque patitur, neque mouetur alio motu, quàm perenni illo, quo in orbem fertur: semper tamen est actu per lucem. Et rursus aër, dum illuminatur, fit actu: & patitur quidem, quia suscipit aliquid; sed si propriè loqui velimus, non mouetur, quia illuminatio non est motus propriè dictus, sed mutatio subita. Immo neque in sensu res eo modo se habet. Quoniam sensio tempore opus non habet, sed momento perficitur (nisi fortasse realis illa obiecti susceptio in organo consideretur, quæ in quibusdam interdum sensibus sensationem antecedit) & ideo dum sensus fit actu, patitur quidem; at si accuratè loquamur, non mouetur.

Propterea hoc loco (moueri) non ita propriè sumendum erit, sed generaliore illa acceptione, qua mutatione sæpè comprehendit. Quemadmodum neque passio physica intelligenda est, quæ temporanea & corrumpens alteratio est. Sed perficiens potius, vt adnotauit Philoponus, dum textu 37. interpretaretur. Sic enim discipulum quoq; dicimus à Doctore pati, dum ab eo docetur. Ita demum sentire erit pati & moueri; idemque erunt pati, moueri, & esse actu, seu potius fieri actu. Hoc enim verè significat *ἰσχυρῶς*, quod operatione quantam indicat. Alioqui si esse actu per se & permanentè intelligatur; tria illa, quæ Aristoteles nominauit, idem non erunt. Quoniam sol & æterna reliqua sunt actu; nec tamen patiuntur quidquam aut mouentur nouæ vllius susceptione formæ. Sed sicut *ἐνεργεῖα* opposuit *δυναμῶς*, ita & *ἰσχυρῶς* opponere oportet ei, quod est potestate.

DDD iij

ac planè existimare illud dici *potest*, quod de potestate transit ad actum; nunque primum fit actu, cum antea potestate esset. Hoc enim profus & patitur & mouetur; idemque in eo sunt pati, moueri, & fieri actu. Atque ita res habet in sensu.

Philosophus autem hac sola argumentatione probauit hæc tria esse idem; quoniam motus, cum quo manifestum est coniunctam esse passionem, est *visio* quædam, vt in tertio libro Physicorum habetur. Est enim operatio, qua aliquid de potestate transit ad actum. Tamen *visio* sit imperfecta; quoniam admittam habet *diuersum*, vt eo loco pluribus declaratur. Sed neque nunc omnino prætermittendum est; vt hic locus planè intelligatur.

Digressio xxxi. De Motu.

Motus est esse.

Motum qui negarunt, etsi propria sit operatio naturæ, scientiis omnibus & opinionibus iniuriam fecerant. Nam omnes sensuum iudicio coacti cum admittunt; eoque scientiæ omnes & artes vtuntur: vel quod aliquo motu omnes comparentur: vel quod prædictæ motus quosdam dirigant, factiæ adhibeant, atque in theoreticis Mathematicæ & à motu reali abstrahant & imaginario vtantur; dum lineam motu puncti describunt, à puncto ad punctum lineam ducunt, & id genus alia. Metaphysica præcipuam sui obiecti partem, substantias abstractas, motu probatam supponat. Naturalis essentiam illius & proprietates diligenter peruestiget; propterea quod propria sit naturæ operatio, quæ nisi fuerit probè perspicua, eam quoque ignorari necesse sit.

Motus & Mutatio.

Motus igitur & mutatio Peripateticis tantumdem nonnunquam significant. Interdum vero mutatio aut in substantia dicitur, aut ea quæ inter contradicentia versatur, & in quouis entis genere momento absoluitur. Motus autem est in quantitate, qualitate, & vbi, aut inter contraria, & cum tempore ac successione perficitur; velur species quædam mutationis. Certe si nominum vis perpendatur, vel etiam dum absque distinctione vsurpantur; motus id videtur esse, quod quieti & statui aduersatur, tanquam habitus priuationis; mouerique proprie significat non sistere, sed vterius progredi. Mutatio autem variationem indicat, & transitu ex vno in aliud. Nec solum ita à mutatione separatur motus, sed etiam ab vtroque distinguitur productio; qua res significatur fieri cum antea non esset.

Productio.

At cum motu duo reliqua coniunguntur. Si enim res mouetur & non sistit, profecto mutatur, & ab vno transit ad aliud; & prout aliquid de nouo acquirit, alicuius quoque habet productionem; hocque præsertim in motu naturali, qui autem est alicuius acquisitionis, aut cum acquisitione.

Motus radix.

Cæterum principium omnium & radix est potestas; iisque dantaxat conueniunt, quæ actu constant & potestate. Deus actus purissimus nec mouetur, nec mutatur, nec de nouo producitur. Sed quia compositio actus & potestatis oritur ex eo, quod quidpiam sit ens finitum & limitatum, quod ex pluribus velut partibus coagmentari debeat; reliqua omnia præter Deum aut physicam habent, aut certe metaphysicam compositionem: Suntque potestate aut interna & subiectiua, qua aliquid, quod non habent, possint suscipere; aut externa &

obiectiua, qua virtute agentis extrinseci possint esse, cum antea non essent. Propterea enim aliquid non sistit, sed vterius tendit; quia potest tenere acquirendo aliud. Et idè tendendo mutatur, quia potest ad aliquem actum & formam peruenire, abiciendo priorem. Quoniam tamen motus est operatio physica, physicam item potestatem requirit. Et idè motus, mutatio, & productio, quæ cum motu coniunctæ sunt, in his solum rebus reperiuntur, quæ actu constant & potestate physice.

Verùm incipiendo à motu, tria possunt in eo considerari. Primum est mouens & mouere; quod nil est aliud, quam agens & agere, seu actio. Alterum est id, quod mouetur & moueri: quod idem est, quod patiens & pati seu passio. Postremum est ipse motus per se spectatus, quatenus significat non sistere, sed progredi. In mutatione quoque spectari possunt id, quod mutat & mutare; id, quod mutatur & mutari: quæ duo cum agente & patiente, agere & pati, actione & passione coincidunt: ipsaque deum mutatio, prout est quædam variatio. Quomodo subiectum significat, quod variatur; & hoc cum eo coincidit, quod mutatur & patitur: & præterea duos terminos, inter quos fit variatio, vnum à quo recedit, & alterum, ad quem accedit. Denique in productione cernes & id, quod producit; & producere, quod ipsum cum agente & agere, seu cum actione conuenit. Deinde id, quod producit; quod si pro toto coniuncto sumatur, distinguitur tant à patiente. Quoniam in productione id solum patitur, quod suscipit formam, ex qua fit continuatum. At si pro sola forma accipiat, reperies quoque in productione id, quod patitur, & passionem, quam in subiecto ipsius formæ spectabis: quoniam illud est, quod suscipiendū patitur. Forma tamen producta coincidet potius cum termino ad quem, nam ad eam terminatur productio, seu ratione illius producitur totum coniunctum. Vltimò habebis ipsam productionem, quæ nouam significat acquisitionem, aut illius formam, aut coniunctum.

Motus porò etsi quatenus mutatione involuit *Motus* requirat terminos, inter quos versetur: quatenus tamen à mutatione & productione distinguitur, nil aliud significat, quam illud non sistere: nempe operationem, qua mobile non quiescit, sed vterius tendit. Et idè natura est principium motus & quietis; hoc est operationis huius, qua naturalia à non naturalibus distinguuntur; & quietis in termino per eam acquisito. Tamen non sola natura, sed efficiens quoque causa per suam naturalem formam principium est motus. In hac autem operatione vniuersa & est aliquid, quod mouet seu agit, & aliquid, quod mouetur & patitur; & ipse motus, actio, & passio; ac deum forma, quæ ab agente per motum producitur, atque in patiente suscipitur. Mouens, mobile, & forma, distinguuntur re aut certè possunt distingui. Actio autem, passio, & motus sunt solum operationes quædam velut mediæ inter agens & patiens, mouens & mobile. Neque rem vllam per se significant, sed aliquid in re: & idè nec considerantur, nec sunt præter ipsas res. At quoniam agens & patiens, mouens & mobile, videntur esse ipsis extraneas; quippe alterum est principium efficiens, alterum suscipiens: forma autem & operatio considerantur quasi inter ipsa mediæ: idè actio, passio, & motus, formæ magis quam